

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 4

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 4.

4.

Cod. IV.

Cod. IV. III 50

Membraneus. Fol. max. Sac. 10.

1. 4.

Azyonis Summa

Continet summam Azyonis in jure civile. Scriptus
 est eam quidem sed eleganti charactere, subinde
 laevis et mucus in rubricas distinctus, multum tum
 in marginem tum ad oram libri adjectis annotationibus.
 Manus videtur esse Sac. 10. Reliqua facies haec: Folio
 primo incipiunt rubricae: "In nomine domini nostri ihesu christi.
 Infra septem sunt rubricae summae super novem libris codicis
 ab Azyone felici compositae"; in fine folii tertii: "Ex-
 pliciant rubricae summae compositae ab Azyone felici
 super novem libris codicis". Folio quarto: Incipit
 epice. Matera ad pandectam sive Joh. Eadem pagina
 Columna 2da: "Explicuit epice summae extraordinariae".
 Eiusdem folii pagina aversa: "Incipiunt rubricae summae
 institutionum a domino Azyone compositae"; haec autem tabula
 in fine mutilata est. Epica summa in codicem octavo
 pat. fol. 160 et 1/2. et incipit cum proemio ad summam
 codicis per Dominum Azyonem his verbis: "Cum post
 inventionem scientia est". In fine hujus summae legi-
 tur. "Explicuit summa super VIII libris codicis ab Azyone
 felici composita, deo dicam gratias". Pagina aversa folii
 161. est brevis commentarius in Legem Gromponii si ne-
 gotium, et incipit: "Lex ista licet multis difficilis
 videatur propter confusionem glossularum", sed manus
 recentior hunc commentarium pagina vacua addidit.
 fol. 162. "Incipit materia ad pandectam" his verbis:
 "In nomine Patris et Filii et spiritus sancti amen; principium
 omnium rerum est Deus; implet 8 folia, ubi in fi-
 ne. Explicuit summa extraordinaria". Folio sequenti:
 "Summa institutionum a Domino Azyone composita"; ini-
 tium: "Quasi modo geniti pueri vel adulti", quae octavo
 pat. folia 18 1/2; in fine; "Explicuit Azyonis pruden-
 tis summa docentis". Denique in ora codicis infima
 legitur haec subscriptio: "Ego Lainerius huic summae
 finem imposui anno domini MDCCLXXVII. Septimo decimo.
 Idibus Septembris. in monte aelio tunc truffetto de pan-
 gano praesente. gratias". — |. hic aliquid deletum, forte
 Ato | refero 7-p |. propter | ditionem nimiam. | est.
 Ego Lainerius huic summae finem imposui anno Do-
 mini 1717. Idibus Septembris in monte madis tunc
 truffetto de pangano praesente. Gratias Ato refero

182

Lainerius

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 4

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 5.

Cod. IV.

5.

propter dilectionem nimiam. Eadem recentior manus, quae supra in legem Pomponij Scripsit, etiam hic remanentibus & paginis quaedam adiecit, nempe: "Incipit Summa de agricultura et censibus secundum Dominum Pandinum", quae ita incipit: "quum in praefatis Rubricis tituli dictum sit de his ecc." Sed haec Summa, forte ob defectum membranae, incompleta est.

De Azone ita Trithemius: de script. eccles. cap. 427.

"Azō natione Galus est Bononiensi civitate ordinis vitae originem, Joānis Bosiani Cremonensis viri doctissimi quōdam auditor, atque discipulus, iuridici vilius famosissimus interpres, font legum, copia verborum, lucerna juris, qui sua editione et scientia omnes Juristas, qui eum procefferant, facile praecedit, multa ad ius civile pertinentia opercula edidit, quibus laudem et gloriam immortalē acquisivit." Alii eum ē vivis excessisse aō 1200, alii aō 1290 adhuc vivisse ajunt. Vid. etiam Treher. Theatr. viror. illustr. pag 782. Mich. a. J. Jos. T. I. p. 428. Fabric. Bibl. lat. med. et inf. et. T. I. p. 160. Arisii Cremona lib. Reg. P. I. p. 90. Scripta Azonis iuridica Venetiis impressa adducit Cl. Denis in Supplem. ad Maittaire pagg. 260. 402. 498. 499.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 4

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at -
Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken

Permalink: manuscripta.at/?ID=1713

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:

[OLIVER](#) - Online manuscript description (HMML)